a contactu ſtructim actæ interponitur. Sit igitur data parabole a b c. qualis proponit cuius axis a d. Et ipſam parabolen a b c. tangat recta linea e c. ſuper c. ſigno, Et c e. tangens axisq; a d. p̃ducti in partes a. coincidant ſuper e. ſigno atq; ex cõtactu c. ſup̃ paraboles axẽ a d. ſtructim acta ſit c d. dico q̃ a d. ſit ęqualis ipſi a e. Et quia ex hypotheſi parabole data a b c. cadit in conũ rectũ rectangũlũq;, Igit̃ & idẽ conus datur per nonũ elementũ conicũ. Detur itaq; & ſit f c g h. cui⁹ vertex h. axis d h. baſis f c g. Et ab axe coni triangulus ſit f g h. ſecãs planũ a c d. ſuper paraboles axe a d. ad rectos angulos. Erit itaq; f c g. circũferentia ſemicirculi. Cõnexa deniq; c h. erit ſuper inflexa



ſuperficie coni f c g h. Sit autem primũ c g. periferia dimidiũ ſemicirculi f c g. ſeu quadrans totius circumferentiæ circuli, vti ſubiecta habet figuratio, igitur a ſigno c. ordinatim deducta cadit in d. centrũ circuli f c g. Erit itaq; planũ trianguli c d h. erectum ad duo plana trianguli videlicet f g h. ab axe coni & circuli f c g. per propoſitionẽ xviii. li. xi. ele. Eu. & per c h. rectam lineam planũ agat̃ c e h. tangens f c g h. conũ ſuper e h. recta, per ele. conicũ xiiii. deniq; plani circuli f c g. atq; conum f c g h. tangentis plani c e h. cõmunis ſectio ſit c i. quæ etiã erigitur ad planũ trianguli c d h. Nam c i. per conſtructionẽ tangit circulũ f c g. in c. ſigno & c d. deducta eſt a centro d. ad c. contactum paraboles per propoſitionẽ xviii. li. iii. ele. Eu. Ex hypotheſi deniq; rectus eſt angulus c d g. paralleli igitur ſunt c i. d g. Igitur ſicut d g. erigit̃ ad planũ trianguli c d h. ſic c i. Ergo per propoſitionẽ xviii. li. xi. ele. Eu. Conũ f c g h. tangens planũ erigit̃ ad planũ trianguli c d h. Et quia planũ trianguli f g h. ab axe coni